



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.57. Concilium Francofordiense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

ab obsequiis militaribus præstandis & negotiorum sæcularium cura eximantur. Sæcul. VIII.  
A. C. 794.

## §. LVII.

*Concilium Francofordiense.*

Hæc Paulini Epistola in Concilio Universali omnium Provinciarum, Carolo parentium, celebrato ineunte æstate anni 794. vigesimo sexto Regni ejus, Francofordiæ ad Mœnum prope Moguntiam lecta est. Illa tempestate erat locus ille Domus Regia, in qua Carolus hyeme consumpta Festum Paschale celebraverat.

Huic Synodo autem interfuerunt duo Episcopi Papæ Legati Theophilactus & Stephanus. Postquam Rege jubente litteræ ab Elipando & Episcopis Hispaniæ missæ, lectæ fuissent, & ad examen revocatæ, Concilii Patres data Epistola Synodica, nomine omnium Episcoporum Germaniæ, Galliæ, & Aquitaniæ, ad omnes Episcopos & Fideles Hispaniæ directa, amplissime responderunt.

Præcipue illos Textus, quibus Hispani abutebantur, refellunt. Quod vero spectat ad argumenta ex Liturgia Hispanica, quæ S. Isidoro, Sancto Ildephonso, & S. Juliano Episcopo Toletano tribuebatur, Patribus Francofordiensibus operæ pretium non videtur, ut explicant, sed potius dicunt, ob hos ipsos errores  
Hispa-

*Ann. Laur.  
resh.*

p. 1032.

Sæcul. VIII.  
A.C. 794.

p. 1035.

*Miss. de Coen.  
Dom. de  
Ascens.*

Hispanos Dei permisso Infidelium furori fuisse traditos, iisque opponunt Auctoritatem Liturgiæ Romanæ a S. Gregorio compositæ. Nihilominus videretur sensus bonus tribui posse verbis Liturgiæ Hispanicæ, quæ adhucdum in Missali Mozarabico leguntur. Ubi nempe dicitur, quod JESUS CHRISTUS passus fuerit per hominem adoptivum, & quod de novo ascenderit ad Cælum post adoptionem carnis, id est, postquam assumpsisset carnem, eamque sibi propriam fecisset. Videlicet Hispani voces latinas: *Adoptio* & *Adoptivus*, pro vocibus: *Assumptio* & *Assumptus* adhibuerunt. Epistola Synodica simplici exhortatione sine comminatione Anathematis finitur.

p. 1049.

Carolus quoque Rex data suo nomine ad Elipandum aliosque Hispaniæ Episcopos Epistola, inter alia dicit: *Magno dolore afficimur, quod vos Infidelium tyrannis premat; sed multo magis affigimur, quod in vestris regionibus a recta Fide aberretis. Hinc coacti sumus ad convocandum Concilium ex omnibus Ecclesiis Ditionum nostrarum, in quo communi consensu decerneretur, quid sentendum sit, de Carnis JESU CHRISTI Adoptione, quam nuperrime in Epistolis vestris propugnare non dubitastis. Hac super re Sacram Sedem Romanam consulimus, ex*  
Bri-

*Britannia viros doctos accersivimus, & Sæcul. VIII.*  
*omnium litteras ad vos mittimus. Ex A. C. 794.*  
*primis litteris discetis, quid sentiant*  
*Papa, Ecclesia Romana, & illarum re-*  
*gionum Episcopi. In secundis videbi-*  
*tis sententiam Episcoporum, qui Italia*  
*proximi sunt, atque etiam Petri Ar-*  
*chiepiscopi Mediolanensis & Paulini Pa-*  
*triarchæ Forojuliensis & Aquilejensis;*  
*quippe & ipsi Concilio nostro adfue-*  
*runt. Ex scripto tertio, quæ sit Fi-*  
*des Episcoporum Germaniæ, Gallia,*  
*Aquitaniæ, & Britannia, cognoscetis, Caroli Regis*  
*& responsa ad objectiones vestras inve-*  
*nietis. Scriptum quartum, testimonium*  
*est mei consensus, quo Episcoporum De-*  
*fnitionem ratam habui, juxta preces ve-*  
*stras; rogastis enim me in epistola spe-*  
*ciatim ad me directâ, ne opinione pau-*  
*corum hominum falli me sinerem, sed*  
*Fidem amplecterer plurimorum testimo-*  
*nio nixam. Certe consilium, quod de-*  
*distis, sequor, dum sanctam banc mul-*  
*titudinem vobis, quorum exiguus admo-*  
*dum est numerus præfero. Ex toto cor-*  
*de Sanctæ Sedi Apostolicæ conjungor,*  
*antiquas Traditiones a tempore nascentis*  
*Ecclesiæ conservatas, Doctrinam Li-*  
*brorum Deo Auctore scriptorum, &*  
*Patrum, qui eos in Scriptis suis expli-*  
*carunt, amplector.*

Epistola.  
 p. 1050.

Hist. Ecclesiast. Tom. X. Nn Id

LIV.  
 n furo  
 at Au  
 Gre  
 videtur  
 Litur  
 Missali  
 de dici  
 fuerit  
 od de  
 loptio  
 ampis  
 a fecis  
 atinas:  
 s: A  
 nt. E  
 rtatio  
 atis fi  
 nomi  
 nia E  
 Ma  
 delium  
 s affi  
 a velle  
 nus ad  
 us Ec  
 o com  
 nten  
 loptio  
 vestri  
 iper te  
 nus, ex  
 Bri

Sæcul. VIII.

A. C. 794.

p. 1051.

*Id quoque a nobis postulastis, ut Libellus vester nobis præsentibus legeretur, eaque examini subjicerentur, quæ in illa vera Fidei consentanea continerentur.*

*Lectus fuit in Concilio ab initio usque ad finem, de Articulo ad Articulum, & quilibet, quod sibi videbatur, pronuntiavit. Adfui, ut petiistis, in concilio Episcoporum, & hac super quæstione Deo adjuvante quod rectam & perfectam est, post maturum examen desinivimus. Jam obtestor vos, ut eadem fide, quæ hæc desinita sunt, & in Spiritu pacis Confessionem nostram recipiatis, & eos ipsos paucos utique homines, Ecclesia Universalis sapientiores non existimetis. (\*) Priusquam nobis illa voce, Adoptio, secundalum dedistis, amavimus vos tanquam*

p. 1052.

*fratres nostros, eratque nobis solatio, quod dura licet servitute pressi rectam tamen Fidem teneretis. Imo constitueramus vos liberare, favente occasione & vestro consilio adjuti. (\*\*). Nunc vero utroque auxilio nempe & orationis & armis.*

(\*) Hæc etiam quælibet Protestantium Ecclesia a Romana separata sibi dicta habeat.

(\*\*) O Principem vere pium, vere magnum, vere Catholicum, non Sæculi modo sui, sed omnium temporum miraculum!

armorum nostrorum vos ipsos defraudastis; nisi enim post hanc Papæ & Concilii admonitionem errorem vestrum abjiciatis, sciatis velim, quod vos simpliciter Hæreticos habituri, & vobiscum nullatenus communicare ausuri simus. Ponit deinde Carolus Rex Fidei suæ Confessionem, quæ Catholica est, & in qua Jesu Christi Adoptio erronea nominatim damnatur.

Sæcul. VIII.  
A. C. 794.

p. 1053.

In Concilio Francofordiensi Canones quinquaginta sex conditi. In primo dicitur, quod Auctoritate Pontificis & jussu Regis fuerit congregatum. Tum Hæresis Elipandi Toletani & Felicis Urgelitani de Adoptione, quam Filio Dei affingebant, damnatur.

p. 1057.

§. LVIII.

*Canones de Imaginibus.*

Canonis secundi tenor est hujusmodi: Allata est in medium Quæstio de nova Græcorum Synodo, Constantino- poli de Adoratione Imaginum habita, in quâ scriptum legebatur, ut quicunque imaginibus Sanctorum, ita ut Deificæ Trinitati Servitium & Adorationem non impenderent, anathema judicarentur. Quam Adorationem & servitutem Concilii nostri Patres omnino contempserunt.

N n 2

psferunt